

TROCHISCI.

TROCHISCI BECHICI ALBI.

R. Sacchari purissimi libram unam,
 Gummi Arabici uncias duas,
 Amyli unciam unam,
 Florum benzoini semidrachmam.

OMNIBUS in pulverem contritis, aqua ro-
 farum fiat massa in trochiscos formanda, nullo
 ad exsiccandos exhibito pulvere.

TROCHISCI BECHICI NIGRI.

R. Extracti glycyrrhizæ,
 Gummi Arabici, utriusque uncias quatuor,
 Sacchari purissimi uncias octo.

SOLVE aqua calida, et cola; dein vapore-
 tur liquor, leni calore, in massam trochiscis
 formandis idoneam.

134 TROCHISCI.

TROCHISCI BECHICI
CUM OPIO.

R. Opii,

Balsami Peruviani, utriusque drachmam unam,
Sacchari purissimi drachmas duas,
Massæ trochisorum bechicorum nigrorum
uncias septem.

T E R E opium cum balsamo et faccharo; dein paulatim, bene subigens, adde massam trochisorum prius aqua calida mollitam. Omnia bene subacta, et accurate mixta, exsicca, ut fiant trochisci, singuli grana dena et quina pendentes.

TROCHISCI E NITRO.

R. Nitri uncias tres,

Sacchari purissimi uncias novem.

CONTERANTUR in pulverem, et mucilage gummi tragacanthæ fiant trochisci.

TRQ-

TROCHISCI E SULPHURE,
sive DIASULPHURIS.

R. Florum sulphuris uncias duas,
benzoini scrupulum unum,
Cinnabaris factitiae semidrachmam,
Sacchari purissimi uncias quatuor.

CONTERANTUR simul, et mucilagine gummi
mi tragacanthæ fiant trochisci.